

*Lambaesi (VIII 3545 vidit Wilmanns). — 1) Libertus fuit collegii fabrum (fortasse transmarini, deficientibus in Africa collegiis fabrum), unde traxit nomen.*

**7258** d. m. | Venuleia | Pelagia | hic adq.<sup>1</sup>, | fil. matr. piiss. ||  
M. Naevius M. f. | Gal. Restitutus | mil. coh. X pr. h. aq.<sup>1</sup>, | qui reliq.  
testam. coll. | fabr. naval. Pis.<sup>2</sup> stationi | vetustiss. et piiss. **HS IIII** | n.,  
ex cuius reditu pa|rental. et rosar.<sup>3</sup> quot|ann. at sepulchrum | suum cele-  
brent. Quot | si factum ab eis non | esset, tunc ea ipsa con|dicione fabr.  
tig. Pis.<sup>4</sup> | accept.<sup>5</sup> pro poena a | fabr. nav. **HS IIII** n. ipsi | celebrare  
debebunt.

*Pisis (XI 1456 descr. saec. XVI Petrus Victorius). — 1) Hic adquiescit. — 2) Collegio fabrum navalium Pisanorum. Corpus fabrum navalium Ostiensium habes supra N. 6137. 6172. — 3) Rosaria. — 4) Fabri tignarii Pisani. — 5) Acceptis.*

**7259** Sex. Fadio P[ap.] | Secundo Mu[sae] | omnibus ho[norib.] |  
in colonia N[arbo]nens[i fu]ncto, [flam.] | primo [Aug. templi] | novi<sup>1</sup>  
Narbo[nē], | fabri subaedia[ni]<sup>2</sup> | Narbonenses | patrono ob merita | eius. |  
L. d. d. d. (In latere sinistro) exemplum epistulae | Sex. Fádi Pap. Se-  
cundí Músae | in verba infra scribta. |

[Fádi]us Secundus collégió fabrum Narbónésium salútem. | Plúrimis  
et adsiduis ergá mé meritis vestris referre grátiam | [quam]quam difficile  
est, quó tamen amóri vestró grátissimum sciam | [fore]<sup>3</sup> modó largítionis,  
inter liberós et clárrissimum nepótem Iúcundum<sup>4</sup> | [seste]rtia sedecem (sic)  
millia nummum V k. Maias primás die nátáli meó | [ar]cae vestrae infe-  
ram eaque dié úsúrás tórtius anni computátás | [ass]e octónó<sup>5</sup> pernume-  
rábo. Quo vel grátius sit múnusculum meum | [porro] a pictáte vestrá  
peto, ut úsúrás eius summae eá die | [hones]tissimó habitú inter prae-  
sentés et epulantés in perpetuum | [divi]dátis, neque ea summa in ullum  
alius usum convertatur, | [cum ei] há[c] epistulá caveam et deinceps  
tabulis meis cauturus | [sim, ut] sí condicio [supra scripta?] mutáta vel  
omissa fuerit, | [ea pecunia ad . . . pe]rtineat vel sí in petendá pecunia |  
[ii diff]erant, ad fiscum maximí principis. |

[Hanc vo]lúntátem meam, sí modo probáveritis, et vestram | [adsen]-  
sionem uti aerae tabulae inscalptam<sup>6</sup> ante aedem | . . . propónátis et in  
basí statuae quam mihi posuistis | [latere de]xtró scribátis, impensissime  
peto, | [quo cer]tior futúrae observatiónis in désideriό meó probátio sit. |

[Deinde?] manú Fádií Secundí subnotátum erat: | [acta i]ta(?) e  
mandáto. Scribsí kalendis Octóbribus Orfitó et | [Priscó] c[on]s.<sup>7</sup> Epistulam  
pró perfectó instrúmentó retinébitis. | [Val]ére vós cupio, dominí optimí  
et karissimí mihi. |

[Huíus liber]alitátis in perpetuum cónservandae et | [celebr]andae  
gratiá fabri subaediáni<sup>2</sup> Narbónésés | [exemplum cu]m tabulá aereá con-  
látum ante aedem loco | [celeberr]imó pónendum cénsuerunt.